

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De coniugio Mariæ & Ioseph. B. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

etur de Iacob, qui pro Rachel 7. annis seruierat, & supposita est ei Lya, nunquid error personae exclusit coiugium, cum non in eam, sed in Rachel consenserit? Sed quod ibi factum est, in mysterio gestum non improbè traditur. Ibi tamen et si non præcessit, sequut' est consensus: nec ex illo cōcubitu, qui cōsentum præcessit, fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognoverit, & illa uxorio affectu debitū persoluerit, putans lege primogenitarum, & paternis imperiis se illi iure copulatā. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actum est. Hodie etiā excusaretur ille, cui iascio uxoris sorlectulum eius ingressa se subiiceret: quæ cum sine spe cōiugij perpetuò manere censeatur, ille tamē, qui cognovit eam per ignorantiam, excusatur, & per simile probatur. Si n. diabolus transfiguratus in angelum lucis credatur bonus, non est error periculosis. Quod a. vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostenditur. Si quis hereticus nomine August. vel Ambrosij, alicui Catholico se offerret, eumq; ad suæ fidei imitationē vocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in hereticorum sectā, sed in integritate in fidei, quam ille hereticus se mentiebatur habere. Error vero fortunæ consensum nō excludit. Quæ n. nubit pauperi pugnans illum esse diuitē, non potest renuntiare priori conditioni, quamuis errauerit. Nec error qualitatis: vt si quis dueat uxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eā dimittere.

De coniugio Mariae & Ioseph.

Aug. lib. 13. contra Faustum Manichaeum, c. 9. in tom. 6. Præmissis aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam & Ioseph intercessit. Sanè credi potest, non solum Mariā, sed etiam Ioseph apud se disposuisse virginitatē seruare veile, nisi Deus aliter iuberet: eosq; sic consensisse in coiagalem societatem, ut uterq; de altero, reuelatae spiritu,

S. 12.

S. intelligeret quod virginitatē seruare voleat, nisi Deus aliter inspiraret: sed illam voluntatē verbis non expresserant, postea vero expresserunt, & in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalē societatem, sed non in carna ē copulam, nisi de eodē specialiter Deus præciperet: cui⁹ etiā consilio in maritalē consensit copulam, quia virginitatē seruare volebat: & ideo non aliter cōsensisset in coniugalē societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset, de qua Aug. sic ait, B. Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde, sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se diuinæ dispositioni: proposuit se perfeueraturam virginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuinæ dispositioni, consensit in carnaliam copulam, non illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in utroque obediendo: postea vero simul cum viro labijs expressit, & veterib⁹ in virginitate permansit.

Quod perfectum inter eos fuit coniugium.

*Aug. libr. de
sancta vir-
ginitate c.*

4. tom. 6. 6.

habetur 17.

q. 2. ca. Suf-

ficiat parag.

Cum ergo.

Inter quos, vt ait Aug. perfectum fuit coniugiū: *Cap. II. lib. I.* perfectum quidē non in significatio⁹, sed in sanctitate. *de nuptrijs &* Sanctiora sunt n. coniugia pari voto con- *concup. 10. 7.* tinētium. Vnde Aug. Quod Deo pari voto & con- *Ad Editianam* sensu voveratis, ambo perseueranter reddere de- *epist. 199.* buistis: à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem *Tom. 2.* perseuera. Non quia pariter tē perabatis à cōmix- tione carnali, idē marit⁹ tuus esse desiderat: imò vero tanto sanctius coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectū ergo fuit Mariz & Ioseph cōiugium in sanctitate. Perfectum etiā fuit secundum triplex bonum cōiugii, fidem, scil prolem & sacramentum. Omne n. nuptiarum bonum, vt ait Aug. impletum est in il- lis parentibus Christi: fides, proles, sacramentum. *In libr. I. de* Prolem cognoscimus ipsum Dominum: Fidem, *nupt &c con-* quia nullum adulteriu⁹ sacramētum quia nullum *cup. c. II. t. 7.* *c. 12. contin.*

diuortiu. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui sine peccato futurus erat. Et licet non intercesserit coniugalis concubitus, coniuges tamen vere fuerunt mente & non

In libr. i. de Patriarchis cap. 9. ca 12. in tom. 4. carne, sicut & parétes: quamuis Ambr. dicat perfectum fieri coniugium per carnalem copulam. In omni, inquit, matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis: quam confirmat & perficit coniunctionum commixtio corporalis. Sed intelligentium est, coniugium perfici commixtione corporali, non quantum ad veritatem vel sanctitatem coniugii, sed quantum ad significationem, quia perfectius unionem Christi & Ecclesie: tunc figurat.

De causa finali coniugii. D

Exposito quæ sit afficiens causa matrimonii, consequens est ostendere ob quam causam soleat vel debeat contrahiri matrimonium. Est igitur finalis causa matrimonii contrahendi principalis, procreatione propter hoc n. instituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit, Crescite & multiplicamini, &c. Secunda est, post peccatum Ad vitatio fornicationis. Vnde Apost. Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam, & unaquaque habeat virum suum. Sunt & aliæ causæ honestæ, ut inimicorum reconciliatio, & pacis redintegratio. Sunt etiam & aliæ causæ minus honestæ, propter quas aliquando contrahitur: ut viri mulierisq; pulchritudo, quæ animos amore inflammatos sèpè impellit inire coniugium, ut valent suum explere desiderium. Quæstus quoq; & diuitiarum possessio frequenter est coniugii causa: & alia multa, quæ cuiq; diligentiam adhibent faciliè est discernere. Nec est assentiendum illis, qui dicunt non esse coniugium, quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat n. ex premissis

Genes. 1. 2.

1. Cor. 7. 10.